Diözese Passau / Salzburg,

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



cū his qui in mundo sunt. De reliquis fiuvrē tuū. Nam
si in via dei ambulasses habitasses utq; in pace sup tīa. Disce
ubi sit sapīa ubi sit uirtus ubi sit prudentia: ut scias simul
ubi sit longitudo uite. et victus: ubi sit lumē oculorū et pax.
Quis inuenit locū eius: et quis introiuit in thesauros eius?
Ubi sunt principes gentiū: et qui dominant super bestias que sūt super
terra. qui cum auibus celi illudunt. qui argentū thesaurizant et aurū
in quo confidunt homines. et nō est finis possessionis eorū.
et qui argentū fabricant et sollicitati sūt. nec est inuentio o-
perū illorū. et tamē extenuati sunt. et ad inferos descenderunt.
et alij in loco illorū successerunt. Juuenes uiderūt lumen. et
habitauerunt super terram. uia autē discipline nescierūt. neq; intellexe-
runt semitas eius. neq; filij eorū susceperunt eam. Facta est
procul longe ab ea est. Non est audita in chanaan. neq; visa est in
theman. Filij quoq; agar qui exquisierūt prudentiā que de
terra est. negociatores terre et theman. et fabellatores et exquisi-
tores prudentie et intelligentie uiā sapīe nescierūt: neq; me-
ruerunt semitas eius. O israhel: quā magna domus dei
et ingens locus possessionis eius. Magnus et nō habet consū-
mationem excelsus et immensus. Ibi sunt gigantes nominati illi qui
ab initio sunt statura magni scientes bellū. Non hos elegit
deus: neq; uiā discipline inuenerūt: propterea perierūt. Et
qui nō habuerunt sapiēntiam interierūt propter suā insipiencia.
Quis ascendit in celos et accepit eam: et deduxit eam nubibus.
Quis transiuit mare et inuenit eam. et attulit ea sup
aurum electum. Non est qui sciat uiā eius. neq; qui cogitet
semitas eius sed qui scit omnia nouit illam. et adinuenit
eam prudentia sua. Qui preparat terram in sempiterno tempore et
ad implenit eam pecudibus. Vocauit eam: et obaudiuit eū.